



~~SW~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-26.

SIGNAT. ~~1515 CCCXIII.~~

Stückzettel erled.  
11. XII. 1944.

A. A. C. C.

D I S P U T A T I O  
EXERCITATIONUM PHILO-  
SOPHICARUM XLI,

De

IUSTITIA ET IURE.

Quam,  
Dirinā benigne adjuvante Gratia,  
Sub PRÆSIDIO

M. TOBIÆ TILEMANI


VVitreb. Colleg. Philos. Adjuncti,  
Liberalius exercitū gratiā defendendam suscipiet,  
JOHANNES MOLLERUS, BERO-  
lino-Marchiacus,

In celeberrimā VVittebergensi Academiā,  
ad diem 1. Iunij, hora & loco solitis.  
Gregor. ut habetur Can. 12. qq. 2. cum  
devotiss.

Sumnum in rebus bonum est Iusticiam colere, ac sua cuiq; iura servare.  
& in subjectis non finere quod potestatis est, fieri, sed quod e-  
quum est fieri & custodiri.

WITTEBERGÆ,

Typis Iohannis Gormanni, ANNO M. DC. XI.



VIRIS CLARISSIMIS,  
MEDICIS PERITISSIMIS,

Dn. IOHANNI MOLLERO

Archiatro Electorali Brandenburgico,

PARENTI SUO ADMODUM RE-  
VERENDO:

Dn. JOHANNI GEORGIO MAGNO,

Dn. ALBERTO HOHENZVVEIG,

*Dominis Affinibus meis colendissimis:*

Hanc de Justitia & Jure disce-  
ptionem.

EX OFFICIO, EX ANIMO,

Quia cupio qui a debo

LUBENS MERITO LIBO

Respondens.

## PRÆLOQUIUM.

**I**oraculum Delphicum celeberrimum, ut mellitus Plato in E. dial. de Philos. hoc refert, præcepit salubriter, δικαιοσύνη ἀποτελεῖ καὶ σωφροσύνη. Et inselix Theseus, ut hoc notat unicus Poetæ laudis Sirenopba-nix Virgilius, in lib. 6. Aeneid, inter media infernalium penarum tor-menta, lamentabili voce monuit fideliter, Discite justitiam. Etenim in uni-versâ bac Mundi machina nihil uspiam in omni honestate rerum repertu est in-veniū, quod sic omnibus universim opportunitatum circumfluat copijs, ita præclarissi-mis floreas uribas, (quas magis ad numerum nosse non potes) — Quam scire quot Jonij venians ad litore fluitus) ac ipsa Iustitia: Quæ excellētissima virtus, Cic. lib. 1. de Nat. Deor. imo omnium virtutum causa aīq; sentina, Idem lib. 1. de Leg. istud est vinculum, per quod Republ. cohæret, ille spiritus vitalis, quem hec tot milia trahunt, Sen. lib. 1. de Clem. cap. 4. illa fid. sima anchora, quā omnis honestas, quā omnes leges u-nicē sustinuntur, eo quā mota sublatavē non dicam domus ulla, non ciuitas, non gens, non hominum inter se societas, sed ne ipsa Universitas rerum stare ac iuiri se punctum tem-poris posset. Cic. lib. 3. de Leg. Hinc non immeritò Iustitiam in Capitolio vicinam Io-vis Opt. Max. Romani esse voluerunt: Ut enim ille tutor humani generis, sic & ista, Cato Cens. Inde ex Indis, qui Pedalij vocantur, nil in sacrificijs aliud à Diis immorta-libus votis exposcebant, quam Iustitiam: Rati omni re planè compotes se futuros, si eam modò unam consequenti forent, Cel. Rhodig. lib. 2 3. variar. cap. 9. Ideo quoq; & maximus ille vir, Plato, in lib. 2. de Republ. & elegans elegantiæ magister Cicero in lib. 1. de Leg. adseruit jure: Nihil esse præstabilius quam planè intelligi Nos ad justitiam esse natos, neq; opinione, sed naturā jus constituum esse, &c. Quapropter vel ex his uniusquisq; ad huius sanctissimi humani pectoris boni culturam, invitamentum habere posset maximū, ad hanc virtutum reginam, Cic. lib. 3. Offic. exploratè cognoscendam, incitamentum sum-mum: Quo modo & nos concitari, pertractatis in specie reliquis virtutibus Moralibus, animum impre-sentiā induximus ingredi & augustinis: Iustitiae templum, adytaq; eius paulum lustrare ut quam pulchra es, quam necessaria, sit in conspicuo: Idq; in ibesibus insequentiibus, circumcisè & nata nēphalas in bano ad faciem adornatis.

## T H E S I S I.

**V**IT à linea, quod ajunt, incipiamus, est perspicue verum, appellationem juris à jubendo esse contractam, siquidem honestum jubere forma est Iurū, à quā convenientissimè appellations desumuntur rerum: à voce vero hat, Ius, generatur porro Iustus, ab hac ulterius procreatur ipsa vox Iusti-tie; Sicq; si notationem, vel nominis ex origene rationem spectes, est in claro, quod Iustitiae appellatio à jure ducatur, non contrā.

**II.** Negare interim nolumus, quod si attendantur res, quæ significantur per voces illas, omnino Ius, seu res, est à Iustitia, seu re, sicut à fine, ricissim-que Iustitia à Iure, tanquam à causā efficiente: Ius enim sic medium exi-stit, quod Iustitiam consequimur. Finem vero Efficientem, esse sibi invi-sem causas, nimis in Philosophia Periparetica notum est.

X  
au  
fin  
com  
di  
XI  
fatu  
inq  
uspe  
Prat  
te ill  
riva  
XII  
tum I  
perfec  
haju  
147  
XII  
nomi  
sespli  
minin  
sur, q  
lunin  
XIV  
aliqua  
omni  
tatio  
sequi  
vicio  
seuu,  
XV  
inular  
lata.  
deratio  
sunt, d  
Hann  
III. Generatis verò iustitia, est quā hujus loci. definiri commodū ex communi receptaq; quasi hominum opinione, hunc in modum potest, quod sit habitus animi, quo ad actiones justas idonei sumus, & quo justa cùm agimus, tum volumus, lib. 5. Eth. Nic. cap. 1: Salutatur nomine Habitus, dum justi non nascamur, nec ipsa res beneficiaria sit, sed illam quisq; sibi actionibus crebris tam, quam bene validis parare debeat.

IV. Deinde materia iustitiae clare innuitur, que actiones sunt justae, quarum sane interveni illa à ceteris virtutibus omnibus longè discernitur. Ad hæc proprium iustitiae aperitur, quod illa operam non insamet suam in affectu aliquo moderando: Sed quod solum circa actiones sit occupata.

V. Demum principium illius notatur, ὡραίεσσι scil. firma, à quā in medium hominum vias profluent justæ tum duvāmeis, ut possint justa agere, tum ἀνέποιται, ut scil. quando occasionem justè agendi vel habent, agant justa, vel non habent, velint saltem & rupiant justa agere.

VI. Ut verò Injustus duplici notatur nomine, vel ὡραίον, dum à Legibus, quales illæ cunq; sunt, discedit, sicq; Rempubl. injuria, eaq; haue levi, adscit, vel τὸ λεοντῖνος aut ἄντος plurisq; cupidus: Ita & Injustus totidem appellatur modis, nimirum vel vōnum, Legum observans, vel iūs, Equis, lib. 5. Eth. Nic. cap. 2.

VII. Inde Communis & Absoluta prodit iustitia, que & Universalia vulgi fertur verbo, uti & Legalis: Hinc Particularis comparataq; elicetur. Illa est tota circa actiones LL. mandatas, vel alioqui honestati consentaneas: Hec occupata tenetur unicè circa externa bona, in quibus scil. & τυχία regi & τυχία locum habet. Illa efficit cives: Hec reddit viros bonos.

VIII. Ac ut speciatim ulterius ac uberior etiamnum quid de presenti hac re dicamus, Universalis iustitia est virtus perfecta, aliorum utilitatibus commodisq; in vita communi inserviens, lib. 5. Eth. cap. 3: Seu obedientia est erga omnes leges, & virtutum conjunctio ac glutinamentum, Caius lib. 23. variar. cap. 14. Plutarch. in lib. de virtut. moral.

IX. Innuit enim, tūm ut personis, cum quibus agimus, tribuamus unicuiq; quod suum est, neminem aut operā, aut verbo lādendo: Tūm leges ut observemus, regulis nimirum vitæ humanae, quibus quicunq; obtemperat, D E O obtemperat servatq; virtutum omnigenarum præcepta, Plato in Polit. fol. 187. Cic. lib. 1. de LL;

se. Tūm

X. Tum res circa quas versamur, et anti faciamus, quanti convenit, ac tantum de illis recipiamus, quanti fieri debet, sunt voluptates, sive pecuniae, sive honores, &c. Tum denique ut facultates animae nostrae hunc in modum componamus, ut inferiores obedientiam presentent superioribus, Et haec illis recte imperent, Piccol. grad. 4. de virtut. mor. cap. 30.

XI. Hinc non in recte nominatur Virtus; & Perfecta, quia in ea perfectus est conspicuus virtutum omnium usus, dum non solum & sibi, & ei in quo est, non sic non justa & aqua, verum maximè se ad alienas utilitates porrigit atque explicat, Cic. lib. 2. de Republ. citante Nonnio fol. 145: Et Præstantissima, quia instar Solis universum humanum orbem pro facultate illustrat; Quo autem bonum fecundius est, latiusque spargitur, eo eminens.

XII. Et demum pulcherrima, ac juxta illud Euripidus, —— Nec tam Hesperus, nec Lucifer mirandus est: Idque cum ejus præstantia ac perfectio meretur; Tum cum reliquæ virtutes, seu stellæ, splendidissime in bujus quasi cœlo luceant, siquidem vero verius illud est Theognidis, In gnom. v. 147. οὐ διακριούντων συλλόγον ποτέ αἰγετής.

XIII. Porro Iustitia particularis, quæ eius propriè instituitur est, nomine, quidam peculiarii venit habitus, seu virtus Moralis, à reliquis intersimata, ac in honorum extenorum communione districta: Hancque omnino datur, vel hoc pro testimonio dicit, quod injusti nomen multis imponuntur, qui in nullo alio vitio sunt, at tantum τῷ λεοντῖ, pluris ac iniqui luci cupidi existunt, lib. 5 Eth. Nic. cap. 4.

XIV. Quid? quod licet omnis actio universaliter injusta ad certam aliquam vitiosatum Ethicarum speciem queat referri, ut etiam vitiositas omnis ad Injusticiam Universalē reduci: Tamen hanc omnis actio vel τῷ λεοντῖ ad determinatam vitiositatis speciem aperte quadrat, ut si quis in ludo quempiam tangat, non gratiam pecuniae, verum victoriae; Vel vitiosa etiam ad τῷ λεοντῖ commodum reduci potest, ut qui aciem deseruit, certè non videtur τῷ λεοντῖ, Zuing, in tab. Eth. f. mibi 285.

XV. Hū notari, exinde circoviti colligi quis Objectum Iustitia Particularis, illud nimis esse bona externa, quæ in fortunæ temeritate sunt locata, inquit quibus expertendis modum per omnia excedere possumus: Considerationem vero duplicem potissimum subeant, aut simplicem, sicque naturâ suâ sunt, dicuntur bona; aut respectivam, atque tum sunt τοδέ τε καὶ nec bona nec mala, nî quâ homines vel bene, vel illis videntur male.

XVI. Quod autem spectat officium hujus virtutis, de eo in genere hoc non transitorie advertendum est, quod illud ad modum reliquarum virtutum in mediocritate consistat; Cumq; hac per se duo habeat extrema; Et verò iustitia Particularis non solum sit mediocritas inter excessum & defectum, sed & relatio quædam agentis ad patiens, & rerum ad personas.

XVII. Ideò hujus forma per geminatam omnino mediocritatem, interq; quatuor positam terminos, definienda est: Qui duo sunt rerum, in quibus iustitia occupatur, hoc est, excessus & defectus tamen pretij, quam rei emplae; Duo vero personarum, ergo quas exercetur, ut sunt emptor & venditor, distribuens & accipiens.

XIX. Hinc igitur pronunciare nil aliud habemus, quam iustitia particularis officium esse servare mediocritatem tamen rerum quam personarum, ut scil. eadem sit proportio in rebus, quam proportione personæ erga se mutuò sunt affectæ: Hoc enim nisi factitaretur, facilimè aequitas laderetur, occasioq; daretur ampli justis querimus.

XIX. Ceterum iustitia Particularis est dividua in Distributivam seu diævemηλικην, & in Commutativam seu συναλλακτικην: Illa virtus est in distributione honoris, pecuniae, & aliorum bonorum externorum, que inter cives distribui solent, occupata, lib. 5. Eth. cap. 5. Exinde termini hic quoque quatuor sunt, duæ scil. persona accipientes, & duæ itidem res accipiendæ seu distribuenda.

XX. Proportio autem inter eos instituenda est Geometrica, ita ut attente attendatur & dignitas personarum, quibus aliquid est distribuendum, & discrimen rerum, que distribuuntur, & deinde dignitas rerum conferatur cum dignitate personarum, ut una alteri congruat, & equalibus aequalia, in aequalibus in aequalia contingant, lib. 5. Eth. Nic. cap. 6.

XXI. Quocirca si justa fieri debeat proportio, triplex per omnia instituenda est terminorum in ante dictorum collatio, 1. directa, ut persona cum persona, & res cum re conferatur: 2. alternata, ut termini ad invicem permutentur, singulæq; persona cum singulis conferantur rebus, 3. conjuncta, hoc est, res juncta omnibus personis simul comparandæ sunt, Ibid. cap. 7.

XXII. Ad hanc verò iustitiam distributivam, nec incommode nec referri potest incongruè jus, quod vocant, Talionis: Quod in duplice potissimum censu, aliud Simplex seu Pythagoreum, quando quis id, quod alteri fecit, eodem parili modo patitur, & hoc in civitate tolerari nec debet, nec potest;

genere bot  
uni virtu-  
tremas; Es  
n & diffe-  
rsonas.  
eritatem,  
nt rerum,  
tij, quam  
empor &  
  
m Iusticie  
n persona-  
e erga se  
as ledere  
  
ributivam  
lla virtus  
orum, qua  
ermini his  
res acci-  
  
a, ita ut  
distribuen-  
erum con-  
equalibus  
  
ownia in-  
ut persons  
jini ad in-  
ur rebus,  
nde sunt,  
  
imode nec  
olici potis.  
altri fe-  
et, nec po-  
teps.

test; Aliud Analogicum, quod ad certam equalitatem reducitur, secundum proportionem personarum & rerum, & hoc in humanae societate utile non tam est rationibus bene multis, quam valde necessarium, Ibid. cap. 8.

**XXIII.** Hæc de Distributiva: Commutativa Iustitia est virtus, quæ in commutatione rerum & contractibus servatur aequalitas, atq; id, quod in commercijs est inæquale, corrigitur. Hinc ex facili patescit, cum quæ sit differentia inter hanc & Distributivam Iustitiam, tunc quodnam hujus sit officium, servare scilicet inquisitè proportionem Arithmeticam.

**XXIV.** In hac enim non attenditur persona aliqua, atenim solum res commutandæ, ne in illis sit magis & minus, seu lucrum & damnum: Quod ipsum tunc demum commodum sit, quando constituitur unum illarum medium, advertetur q; annè medio illi utraque conveniat res; Nam si in uno tertio convenient, inter se indubie etiam consentient. Sin vero à medio discrepant, tunc rei superant; tantum detrahendum est, quantum illa medium superat: Vell tantundem rei deficienti adjectandum, prout id proportio Arithmeticæ flagitat atq; exposcit.

**XXV.** Estq; Iustitia commutativa pro commutationum atq; contractuum ratione, quos circa versatur, duplex: Alia namq; commutatio fit in contractibus spontaneis, qui nobis sunt consentientibus & volentibus, ut sunt, 1. Emptio & Venditio. 2. Mutuum, cum ita rem aliquam ab alio accipimus, ut similem specie & valore restituamus, lib. 5. Eth. Nic. c. 5.

**XXVI.** 3. Sponsio seu fidejussio. 4. Commutatum, quando rem aliquam ad usum nostrum ab alio accipimus, postq; eandem numero ac qualitate reddimus. 5. Depositum, cum rem aliquam alterius fidei commitimus, ut nim. eam nobis pertinentibus restituat. 6. Locatio & conductio, quando usum alicujus rei pro mercede ad tempus capimus.

**XXVII.** Alia iterum in contractibus Invitis, seu improprie ac secundum quid sic dictis, qui sunt nobis vel ignorantibus, ut adulterium, furium, veneficium &c. vel repugnantibus, ut verbera, rapina, convicia, contumelia, & mors seu interfactio. Tantum de Iustitia ipsa.

**XXIX.** Huic partim cognata est Aequitas, seu Merititia, quæ est virtus, quæ quis rectè legem, in multis circumstantijs deficientem, ob generalitatem suam, corrigit atq; moderatur: Ipsiq; duo adversantur, cum auctoritatib; Codiciorum, quod persæpe injuria nimis summa est; Tunc omnino Falsitia, quæ alias calumnia, ac est callida & malitiosa juris scripti interpretatione, lib. 5. Eth. cap. 10.

29. Par.

**XXIX.** Partim opposit a Injustitia, quæ cum in duobus heret, facere scilicet injuriam, & pati eandem: Ideo eadem diversâ proportione sum excessus, tum dici potest iustitia defectus; Et sanè nil est, unius quasi perbi notâ, aliud, quam vitium in rerum externalium distributione vel commutatione mediocritatem violans, Ibid. cap. 8. Hec de iustitia.

**XXX.** Porro supereft ut de iure verborum quid faciamus: Interim tamen cum hæc ipsa materia alibi in Politicis sit à nobis tangenda, ac inhibita rediducenda; Sufficiet sanè hic cœ in Tûnione eandem proposuisse. Insigitur est iustitiae effectum, quod in mutua societatis usu recta ratio prescribit.

**XXXI.** Estq; aliud ἀνωλόγιον, quod δικαιον πολιτῶν appellatur, existitq; iterum vel Φυσικὸν, quod ubique gentium eandem habet vim; vel νομικὸν, quod ex instituto hominum suam habet autoritatem: Ac est vel ἔγγειον Φυσικὸν, ut lex, plebisc. &c. vel ἔγγειον Φυσικὸν, quod diuinus usus comprobavit.

**XXXII.** Aliud ὀικονομικὸν, quod triplex est, vel δεσποτικὸν, inter dominum & servum, vel πατρικὸν, inter parentes & liberos, vel γαμικὸν, inter maritum & uxorem, lib. 5. Eth. cap. 6. Sed plura addere charta angustia validè vetat: Hec igitur de Virtutibus moralibus in specie dixisse sufficient.

#### A D J E C T A N E A.

1. Iustitia & Universalis & Particularis reliquis virtutibus est prestantior.
2. Et hæc ab illa differt ut pars à coto.
3. Injuriam nemō volens patitur.
4. Nemq; eam sibi ipsi inferre potest.
5. Nec omnis qui patitur injustam rem, injuriā adscitur.
6. Ac deterius est facere, quam pati injuriam.
7. Ius natura est immutabile.
8. Ac cum hoc, uti nec cum divino, simpliciter jus civile pugnat.
9. Ab eo etiam est distinctio dominiorum.
10. Lex, quæ fures suspendio adjudicat, justiss. est.

#### F I N I S.

Ung. VI 26

= [Dissertationes  
Theol. Vv. 70]

ULB Halle  
002 673 452

3



5b.

VD 17



## Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

